UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

item ex quo alius non fuit nominatus, nec ſubroga-
tus, ēt quoad alium, qui non fuit noīatus, nec ſubro-
9 gatus, locatio finita eſſe dicetur, & † ꝙ huiuſmodi lo-
catio in caſu noſtro facta Baptiſtæ ut probo uiro, &
merzario Bononienſi dicatur perſonalis, ac morte ip
ſius finita, nec ad hæredes ſuos tranſeat, taliter ꝙ in il
la locum non habeat ſtatutū huius ciuitatis loquētis
de renouatione, ſeu conductione tacita, demonſtra-
tur ex ijs, quæ in terminis uoluit Alex. in cōſi. 106. in-
cip. in cauſa ſtrazarolorū. col. 7. in uer. tertiū eſt fun-
damētū. lib. 3. aliàs in nouis eſt conſi. 105. & incip. Ma
gnificæ prætor, ubi uoluit, ꝙ quando aliquis artifex
domum, uel apothecam ad uſum ſuæ artis conducit
& ipſi ut artifici illius artis fuit locata ſimpliciter ſine
expreſſione hæredum: tunc talis locatio dicatur per-
ſonalis, & morte ipſius conductoris fin atur, nec ad
hæredes tranſeat, & conſequenter non poſſit dici re-
nouata, ſeu reconducta ex diſpoſitione dicti ſtatuti,
10 quoniam † ſtatutum loquēns de prædijs ruſticis, & ur
banis locum non hēt in hoc caſu, uidelicet in artifice
cōducente domū, ſeu apothecam ad uſum artis ſuę:
tum quia talis locatio cenſetur facta artifici pp indu-
ſtriā ſuę perſonæ, & iō morte illius finitur, argu. l. in-
ter artifices cum ſi. alleg. per Alex. in d. cōſi. ff. de ſolu.
11 tū quia † appellatione prædiorū urbanorū nō cōpre-
henditur ædificium, quod ad habitationē non ſit de-
putatū, ut uoluit Bar. in terminis. in l. ſeruitutes. la 3.
ff. de ſeruit. & gl. in l. hoc iure. §. ſtabula. ff. quib. mod.
pign. uel hypot. taci. contrah. & do. Barthol. Veronē. ī
tract. de ſeruit. urban. prædio. in 11. cap. ſub tit. de ſer-
uit. urban. & ruſt. & no. per gl. in l. urbana prędia. ff. de
uerb. ſign. Sed huiuſmodi apotheca non eſt ad habi-
12 tationem apta, nec illi connexa, ergo &c. Item † loca
tio iſta de apotheca facta fuit ad uſum merzarię, & ip
ſi ut merzario, ut in inſtrumento habetur, ergo tan-
quam fuerit electa induſtria perſonæ ſuæ, locatio dēt
dici finita, & ad hæredes non dicitur tranſire, ut ꝑ eo
dem tēpore renouata dicatur, quia ſtatutū ciuitatis
non dicit aliquid in contrarium, nec diſponit in caſu
noſtro, ut dicit Alex. in d. conſi. col. 8. ibi nec ēt obſtat
ſi dicatur, quinimmo Alex. in d. conſil. loquitur ēt in
caſu, quo poſt mortē conductoris hæredes ſui per ali
quos annos penſionē ſoluiſſent, qm̄ tunc ēt illa loca-
tio, quæ ipſi cōductori artifici facta fuerat, dicetur eſ-
ſe finita, & non ad hæredes tranſiuiſſe, ut ibi, & ſi hæ-
redes penſionem ſoluerunt, & in conductione perſe
uerauerunt, dicuntur ſoluiſſe, & perſeueraſſe tanquā
ex noua locatione eis tacitè facta, & nō ex illa prima.
arg. l. ſtipulatio. iſta. §. ſi quis. ita ſtipulatus. ff. de uerb.
oblig. & ex his ad fauorem Ioannisfranciſci omnino
iudicandum fore exiſtimo. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Stante ſtatuto, quòd tutores, & curatores non poſſint res illorum quorum negotia gerunt, ultra triennium locare, niſi certa forma ſeruata, negotiorum geſtor rem communem cum minore habens ſi illam non ſeruata dicta forma ad ſeptennium locauerit, locatio quoad partem minoris ipſo iure non ualet: illique nec minor nec eius hæres ſtare tenetur.*
Idem ſi tutor, & curator, qui etiam eſſet pater, talem locationem faceret, nu. 3.
2 *Forma non obſeruata, actus eſt ipſo iure nullus.*
4 *Prohibitio, quòd res minoris non poſſit alienari, uel locari, uel aliter obligari, locum habet etiam in re, quam minor cum alio cōmunem haberet.*
5 *Ratificatio minoris non conualidat actum, ut cum ſolemnitate requiſita factus dici poſſit.*
6 *In ratificatione eadem ſolemnitas requiritur, quæ in ipſo actu.*

EPITOME habetur ſupra in ſummario num. 1.

CONSILIVM CXXXIIII [illegible]

REVERENDE D. Iudex, in cauſa D. Ca[illegible]
redis Baptiſtæ de Bonaccurſijs [illegible]
bitari intelligo, utrum locatio [illegible]
tenniū per Dominicū patruum [illegible]
ptiſtæ, quoad partem ipſius Baptiſtæ ualuerit [illegible]
iudiciū ſuum, ſuiq; hæredis, ex quo Domini[illegible]
cōem locauit, & ipſe negotia familiæ, & [illegible]
bat, & breuiter concludendo iuris clariſſim[illegible]
1 ſeo, † ꝙ quoad partem Baptiſtæ locatio [illegible]
ualuerit, & illi hæres eius D. Camilla ſta[illegible]
tur, quoniam ex quo Baptiſta tempore [illegible]
nis erat minor decem & ſeptē annis, [illegible]
& octo, locatio de bonis ipſius ab ipſo B[illegible]
à curatore ſuo, & ſic à legitimo admini[illegible]
non potuit, niſi certa forma ſeruata, cum [illegible]
ultra triennium, & hoc per ſtatutum de co[illegible]
cum minoribus &c. in §. adiungentes. ēt in [illegible]
lominus. &c. ubi tutores, uel curatores, qu[illegible]
adminiſtratores eſſe, & maiorem dicūtur [illegible]
miniſtrationē, quam ſimplices negotiorū [illegible]
ut clarum eſt, non poſſunt res illorū, quorū [illegible]
gerunt, ultra triennium locare, niſi certa form[illegible]
ta, hoc eſt cum decreto iudicis, & cū pręſent[illegible]
perſonarum, de quibus in dicto ſtatuto, alio[illegible]
2 catio eſt ipſo iure nulla, quia † forma non ob[illegible]
actus eſt ipſo iure nullus. c. cum dilecta. de re[illegible]
materia. & l. iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad ex[illegible]
ſi. Sed hęc forma non fuit in caſu noſtro [illegible]
ergo &c. Nec obſtat, ꝙ locatio facta fuerit à D[illegible]
co negotiorū domus geſtore, itē de re cōi, [illegible]
locationē ab initio nullam conualidare [illegible]
3 quoniam † & ſi tutor, uel curator, qui ēt eſſ[illegible]
pilli, uel adulti, qui legitimā dicitur haben[illegible]
ſtrationem iuxta l. fi. C. de bonis. quæ lib. [illegible]
faceret locationem ultra triennium de re [illegible]
li, uel adulti, cuius negotia gereret, locatio [illegible]
nitate, & forma requiſita non ualeret, ut in d. [illegible]
& argu. tex. ubi caſus. in l. ſi pupillorū. §. ſi [illegible]
rebus eorum, ergo idem, & magis dicēdū [illegible]
plici negotiorum geſtore, qualis erat dictus Do[illegible]
cus patruus, cum maiorem ipſe poteſtatē, & a[illegible]
ſtrationē non habeat, quam alij legitimi ad[illegible]
tores, ut tutores, & curatores, atq; parentes, [illegible]
haberent duplicem legitimam adminiſtra[illegible]
delicet ut parentes, & ut tutores, uel curato[illegible]
hmōi locationem facere non poſſunt, ut [illegible]
4 Præterea † prohibitio, quę fit de re minoris, [illegible]
ſit alienari, uel locari, uel aliter obligari, loc[illegible]
etiam in re cōi, quā minor cū alio cōem habe[illegible]
in l. qui neque. in fi. ff. de reb. corū. ¶ Non ob[illegible]
ctus Baptiſta tacitè uideatur ratificaſſe, faciē[illegible]
ex quibus tacita inducitur ratificatio, quod [illegible]
ſufficere. l. paulus. ff. rem rat. hab. cū ſim. Qui[illegible]
detur hoc non ſufficere in ijs, quę pro forma [illegible]
5 tur, † quoniam & ſi per tacitam ratification[illegible]
ſit dici Baptiſtam dictæ locationi conſenſiſ[illegible]
men ex hoc dici pōt, formā, & ſolemnitatē [illegible]
requiſitā fuiſſe obſeruatā, quæ debet ſpecific[illegible]
rè, & non tacitè, nec per ęquipollēs adimple[illegible]
cludunt doct. oēs, ibiq; Alex. in l. 1. ff. de lib[illegible]
6 qui plura allegant. Præterea † quāuis ex tacita [illegible]
tione Baptiſta dicatur confirmaſſe, tamē hoc [illegible]
cit, ubicunq; aliquid pro forma requiritur, qu[illegible]
firmatione, & ratificatione, quæ fit ex poſtfacto, [illegible]
forma, & ſolēnitas requiritur, quæ ab initio re[illegible]
batur, ſi actū feciſſet l. 2. in fi. ff. de reb. cor. & ha[illegible]
in l. fi. C. ad maced. Nō obſtat ſtatutū prædictū [illegible]
tractibus cū minoribus &c. ī §. de his minoribus [illegible]
excipiunt minores, qui pro maiori parte tpis [illegible]

dia, & comitatu Bononiæ morantur, ut ſine ſolemnitate poſſint alienare, quia dico illud verum eſſe, quando ipſi minores fuiſſent illi, qui contractum feciſſent, & cum iuramento, ut in dicto ſtatuto. Sed quia Baptiſta non fuit ille, qui cum iuramento locauerit, ſed Dominicus prætenſus negotiorum geſtor, qui ſine decreto, & ſolemnitate ultra triennium locare non potuit, ut ſupra dictum fuit, ideò ſtatutum illud ei obſtare non dicitur: & ex his breuiter dubitationi propoſitæ ſatisfactum eſſe exiſtimo. Reliqua ſuppleat R. D. Iudex, cui me commendo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Tutor ſimpliciter contrahens in re ad pupillum dumtaxat pertinente in dubio tutorio nomine contraxiße cenſetur.*

Etiam quamuis dictum eſſet per ſe, & hæredes ſuos, & adiecta eſſet clauſula omni meliori modo, quo potuit, num.4.

2 *Et ſi proprio nomine contraheret, induceretur præſumptio doli, & delicti, propter quod ut ſuſpectus remoueri, & pœna infamiæ puniri poſſet.*

3 *Contraxiſſe quem in dubio bona fide, & eo modo præſumitur, quo delictum aliquod, aut pœnam aliquam non incurriſſe dicatur.*

4 *Clauſula omni meliori modo quid operetur.*

5 *Relinquo verbum cum clauſula omni meliori modo hæredis inſtitutionem importat.*

6 *Tutor abſque ſolemnitate poteſt bona pupilli ad modicum tempus pro iuſta, & conuenienti penſione locare.*

7 *Conductor, cui locator obligauit bona in genere, & in ſpecie rem locatam, non poteſt ab emptore expelli, & retentione rei uſq; ad finem locationis uti poteſt. Et hæc eſt communis opinio.*

8 *Idem, quando locator promittit non alienare, nec uendere rem locatam in præiudicium conductoris, & poſtea adiiciatur clauſula generalis, pro quibus omnibus locator conductori obligat omnia bona ſua, & ſpecialiter rem locatam.*

9 *Satiſdatio de iudicio ſiſti ſimul iuncta cum ſatiſdatione de iudicatum ſoluendo operatur id, quod ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti per ſe operari non poteſt.*

10 *Tutor ſpecialiter bona pupilli hypothecare prohibetur, niſi ex cauſa, & cum decreto.*

Quod limitatur, num.11.

12 *Prælatus in contractu, quem ſibi de re eccleſiæ facere permiſſum eſt, poteſt pro obſeruatione conuentorum bona eccleſiæ etiam ſpecialiter obligare.*

Idem in tutore de bonis pupilli.

EPITOME.

LOCATIO facta ſimpliciter à tutore etiam per ſe, & ſuos hæredes, ſed cum clauſula omni meliori modo, quo potuit, de re ad pupillū dumtaxat pertinēte, dicitur tutorio nomine, & ad utilitatē pupilli facta.

Emptor, & ſingularis ſucceſſor locationi, & colono ſtare tenetur, quando locator promiſit conductori de re locata contractum non facere, quo minus conductor pacificè frui poſſet, ſed ipſum in poſſeſſione rei manutenere, & conſeruare ſub pœna, & obligatione bonorum, & omnia promiſſa, & conuenta firma, rata, & grata habere promiſit, & non contrafacere, vel uenire per ſe, vel per alium, aliquo modo de iure, uel de facto, & generaliter omnia bona ſua, ac etiam ſpecialiter rem locatam obligauit.

CONSILIVM CXXXV.

VIso inſtrumēto locationis per dominam Lucretiam de domo, & ſtabulo Ioānino, & do. Camillæ eius uxori ad quinquennium factæ, ac inſtrumento venditionis dictæ domus, & ſtabuli per eandem dominam Lucretiam poſtea Machario factæ, nec non uiſis teſtamento magiſtri Nicolai; & inſtrumento tutelæ, ſeu confirmationis illius, omiſſis allegationibus, quæ hinc inde fieri poſſent, cū & multis negotiis, & quotidianis lectionibus ſim impeditus, circa dubitationes propoſitas breuius, quàm potero, ponam concluſiones, quæ mihi de iure veriores videbūtur. Dubitatur enim primo, an locatio per dictam do. Lucretiam facta cenſeatur ab ea facta tanquam à tutrice filiorum ſuorum, an verò iure proprio, & ad ſuam propriam vtilitatem. Secundo, ſi locatio ab ea tutorio nomine, & ad pupillorum, & filiorum ſuorū vtilitatē facta cenſetur, vtrū Macharius emptor domus, & ſtabuli inquilino ſtare teneatur, ut nō poſſit illum expellere, & licitum ſit Ioannino, & do. Camillæ cōductoribus retentione rei ſibi locatæ vſque ad quinquennium uti.

¶ Circa primum quamuis plura adduci poſſent, hac ſola tñ concluſione contemptus ero, ꝙ locationis cōtractus factus per do. Lucretiam tutricem teſtamentariam, & à iudice cōfirmatam ipſi Ioannino, & do. Camillæ eius vxori debet cēſeri factus potius tutorio nomine, & ad utilitatem ſuorum pupillorum, quàm ſuo proprio nomine, & ad ſui utilitatem. Quam con
1 cluſionem probo, † per tex. cum ibi not. per Bar. in l. poſt mortem. §. tutor. ff. qñ ex fac. tuto. ubi ſi ille, qui eſt tutor, ſimpliciter in re ad pupillum dumtaxat pertinente cōtrahat, in dubio intelligitur tutorio nomine contraxiſſe, & hoc uoluit ibi gl. Sed in caſu noſtro do. Lucretia locauit rem dumtaxat ad filios ſuos pupillos, & nō ad ſe pertinentē, ergo debet dici tutorio nomine, & ad vtilitatem pupillorū contraxiſſe, & nō
2 proprio nomine. Præterea † ſi diceretur ꝯxiſſe, & locaſſe pro ſe, & ad utilitatem propriam, & nō tutorio nomine, nec ad pupillorum vtilitatem, induceretur præſumptio doli, & delicti, propter qđ ipſa ut ſuſpecta remoueri poſſet, & ex dolo ſuo pœna infamiæ eſſet puuienda. §. ſuſpectus. Inſtitu. de ſuſpec. tuto. l. fi. & per totum. C. de ſuſpectis tuto. cum ſimilibus ibi not. & latè habetur per Bar. in l. 1. ff. eod. tit. Item ipſa diceretur ꝯueniſſe iuramēto, & promiſſioni ſuæ de faciēdo utilia pro ſuis filiis, eorumq; bonis, qđ in dubio nō
3 eſt præſumendum: quinimmò † præſumendū eſt ipſam contraxiſſe bona fide, & eo modo, quo nec pœnam aliquā, nec delictum aliquod incurriſſe dicatur, arg. l. merito. cum ibi not. ff. pro ſocio. & ad propoſitum multa cumulari poſſent, quæ tanquam nota breuitatis gratia omitto. Vt ergo euitetur ſuſpicio criminis, & delicti, ac præſumptio, per quam quis cenſeatῑ uoluiſſe actum gerere, per quem pœnam incurrere poſſit, dicendū, & præſumendum eſt, ꝙ ipſa domina tutrix locādo cenſeatur magis tutorio nomine, q̃ proprio, & ad ipſius vtilitatem contraxiſſe. Tertio hoc
4 ſuadetur † ex illis uerbis per ſe, & ſuos hæredes omni meliori modo, quo potuit, nam per hmōi uerba uidetur uoluiſſe actum facere, nō prout fit, ſed eo modo, quo ipſa de iure melius facere potuit, arg. l. cum pater. §. filius matrem. cum ibi not. per doctores. ff. de lega. 2. nam virtus huius clauſulæ eſt ēt cum verborum impropriatione hoc importare, & facit id, qđ uoluit Bal. in l. quoties. in 2. col. C. de hæred. inſtit. Alex. in l. nam qđ. §. non omnis. ff. ad trebellianum. cum infinitis ſimilibus. Sed ipſa tutrix de rebus pupillorum potuit contrahere, & illas locare tanquam tutrix, & ad pupillorum vtilitatem, ut promiſit, & prout de iure ſibi permittitur, & nō proprio nomine, nec ad vtilitatem propriam, ut in iuribus præallegatis: ergo per illa uerba omni meliori modo, quo potuit, conſtat, ipſam voluiſſe locare tutorio nomine, & non ſuo, nec ad ſuam vtillitatem, quia hoc non potuit. Et ita propter hæc verba puto cōcludendum eſſe, ēt ſi uerba cōtractus eſſent improprianda, argum. not. per Bal. in d.
5 l. quoties. qui uoluit, † ꝙ verbum relinquo, qđ ſecundum propriam ſignificationem hæredis inſtitutionē importare non ſolet, ut habetur in rub. ff. de legat. 1. & per Bar. & alios in l. centurio. ff. de uulga. & pupil.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN